



# BOLETÍN DEL CLERO DEL OBISPADO DE LEÓN

## DISCURSO DE SU SANTIDAD

Al Sacro Colegio en la Audiencia del día 2 del mes de Marzo con motivo de su cumpleaños y del 19.<sup>º</sup> aniversario de su coronación pontificia.

Con vivísima gratitud elevamos hoy Nuestro corazón hacia Dios que tan misericordiosamente vela por Nuestros días, y á su adorable voluntad confiamos los votos que el Sacro Colegio hace por Nuestra conservación. El peso de los años y las prolongadas labores de Nuestro Pontificado Nos inclinan, en verdad, á desear el reposo eterno; pero, no obstante, sostenido por la gracia del Altísimo, Nós Nos sentimos con fuerza para repetir: *Non recuso laborem*, si Nuestra obra puede servir todavía á la gloria de Dios y á los intereses de su Iglesia.

Al esperarlo vos así, Sr. Cardenal, habéis recordado oportunamente el restablecimiento de la jerarquía que hace tiempo decretamos entre los coptos católicos... Nós hemos creido que debíamos acceder á sus reiteradas instancias, movido no solamente por los insignes recuerdos de la Iglesia patriarcal de Alejandría y de sus particularísimas relaciones con la Iglesia Romana, sino muy señaladamente ante la consideración de los notables progresos que hace la antigua fe en diversas comarcas de Egipto.

Los primeros cuidados que Nós dedicamos á dicha nación y la Carta especial que después le dirigimos, encontraron, á Dios gracias, una acogida favorable, que tuvo hermosa confirmación en los ulteriores testimonios de respetuosa gratitud tributados por todas las clases sociales á esta Sede Apostólica.

Bajo tan felices auspicios, el anuncio de Nuestra reciente constitución llevó no menos consuelo á los coptos unidos, que dulce exhortación á los disidentes, y una porción bastante numerosa de ellos respondió gozosa á Nuestra invitación, volviendo á entrar en el aprisco de la verdadera Iglesia. A la alegría común que esto produjo, se añade la que produce la inauguración efectiva de la jerarquía católica; pues de aquí á pocos días, las ilustres sedes de Hermópolis y de Tebas en el Egipto central y superior, saludarán, después de larga viudez, á sus Obispos propios, enviados de nuevo por el sucesor de San Pedro.

Estas gratas primicias animan Nuestra confianza en promover cada vez más vastos proyectos en favor de otras familias cristianas, desgraciadamente separadas. Hacia ellas, así residan en el Oriente como en el Occidente, se dirige nuestro pensamiento y Nuestro corazón en una santa visión de paz. Es el Cristo Redentor, á quien son bien conocidos los tiempos y los movimientos más aptos á las obras de salvación para la humanidad, quien acrecienta Nuestro ardor: *Caritas Christi urget nos*; es el Buen Pastor, el Príncipe de los Pastores á quien Nós deseamos ardientemente imitar al esforzarnos más cada día en realizar el testamento de su amor hacia los creyentes. Nós tenemos además ante Nosotros para animarnos, los ejemplos de aquellos de Nuestros predecesores que consagraron más especialmente sus cuidados á esta empresa: Inocencio III, Eugenio IV, Julio III, los tres Gregorios X, XIII y XV, Urbano VIII y otros adornados también en esto de méritos insignes. Y si no Nos es dado ver la abundancia de frutos que vos, Sr. Cardenal, Nos habéis deseado tenemos no obstante la íntima convicción de que, en una época no muy lejana, como en otra ocasión lo hemos, aquí mismo, afirmado, ese deseo hallará el camino de su realización, guiado por Dios á través de los acontecimientos humanos. En lo que á Nós toca, no es poca cosa haber podido reanimar y cultivar con amor el germen de la concordia deseada. ¡Pero qué afrenta no

resultaría, si ese germen de elección viniese á sufrir ultrajes de los mismos que Dios ha colocado en la unidad católica! ¡Ah! Estos mismos días ha venido desgraciadamente á contristarnos el acto tan deplorable de aquél, que olvidado de la solemne palabra del Evangelio: *Quam dabit homo commutationem pro anima sua*, se ha burlado miserablemente de su alma, no menos que de la de su hijo inocente, al sobreponer las razones de la política á la dignidad de la conciencia cristiana y á los derechos sacrosantos de Dios. ¡Ah! ¡Dígnese el Padre celestial en su infinita misericordia, como Nós se lo suplicamos del fondo de Nuestro corazón, iluminar y volver á los extraviados al camino de la salvación, y no permita que tan triste ejemplo turbe ó dificulte en modo alguno la obra santa que Nós queremos realizar, esto es: la pacífica propagación de su reinado sobre la tierra!

Entre tanto, y agradeciendo al Sacro Colegio sus venturosos y amantes deseos, Nós por Nuestra parte invocamos para todos los que de él forman parte toda suerte de bienes, de los que sea prenda la Bendición Apostólica que Nós concedemos desde el fondo de Nuestro corazón á todos ellos y también á los Obispos, Prelados y demás aquí presentes.

---

### SAGR. CONGREG. DE OBISPOS Y REGULARES

---

#### RESOLUCIÓN CON MOTIVO DE LA APELACIÓN DE UN PÁRROCO CONTRA UNA SENTENCIA DE SU ORDINARIO.

COMPENDIUM FACTI. Antonius, Parochus in diœcesi Herbipolensi, anno 1872 excipiebat in suo famulatu Catharinam, nubilem, annorum 27, honestis parentibus progenitam. Quæ tamen, sex annos ante ab officiali exercitus Bavariæ seducta, filium peperit extra legitimum matrimonium. Cæterum hujus pueræ fama integra apud omnes erat, si prædictum excipias factum. Et superior scholasticus ante id temporis scholam artium eidem pueræ crediderat; cui præfuit spatio plurium annorum. Nemo ex parœcianis miratus est quod femina hæc apud parochum maneret.

Verumtamen novi administratores municipii, sub specie zeli, sed odium et vindictam præferentes in parochum ejusque fa-

mulam, Curiæ episcopali detulerunt Christifideles scandalum pati ex eo quod apud parochum sit famula filium illegitimum enixa. Addiderunt etiam quod femina illa in Ecclesia haud permaneret in loco suis paribus destinato, quodque parochus apud quamdam processionem fuisse cum famula super currum eundem. Quoad psrochi mores nihil neque ejus detractores, innuere valuerunt; et episcopalis Curia nullum adesse testata est dubium de integritate et honestate parochi ejusdem.

Has delationes Curia haud parvipendit; sed parochum accersivit, variisque peractis inquisitionibus quoad hujusmodi feminam, per decretum diei 22 Junii 1877 jussit parochum illico a se removere famulam, cuius non ignorabat noxam. Attamen duo lapsi sunt anni et femina apud parochum manebat. Hinc sub die 19 Julii 1879 Curia eadem episcopalis, alio edito decreto, addicit præcepto pœnam suspensionis, si parochus spatio quatuor hebdomadarum, famulam non removisset.

Parochus tunc adversus hujusmodi decretum et suspensionis interminationem appellavit apud Curiam Bambergensem. A qua tamen appellatio haec rejecta fuit, utpote omni destituta fundamento. Animo sed vero haud dejectus presbyter suam detulit appellationem ad Apostolicam Sedem, ut nullius valoris sententiam haec declararetur.

Hisce prænotatis enucleandum propositum fuit.

DUBIUM. «An confirmando vel infirmando sit sententia Curiæ archiepiscopalis Bambergensis in casu.»

RESOLUTIO. Sacra Cong. Ep. et Reg., die 17 Augusti 1883, censuir respondere: «Sententiam Curiæ archiepiscopalis esse confirmandam, et ad mentem: mens est ut scribatur R. P. D. Episcopo Herbipolensi ut de alia parochia provideat parochum, qui tunc derelinquere famulam debet.»

EX QUIBUS COLLIGES: I. Nendum veras concubinariæ, sed etiam alias feminas, de quibus tantum suspicio haberi possit; arcendas esse a domibus presbiterorum jus et doctores clamant.

II. Ait enim Trid., Sess. 25, cap. XIV, *de ref.*: «Prohibet S. Synodus quibuscumque clericis ne concubinas aut alias mulieres, de quibus potest haberi suspicio, in domo vel extra retinere aut cum iis ullam conversationem habere.»

III. In themate noxam, qua sese mulier fœdaverat ante-

quan domum parochi ingredetur, praebuisse suspicionem et scandali occasionem: ex quo factum est ut auctoritas ecclesiastica tacere nequiret: quamquam de moribus parochi integra permanerit fama.

**De novo consensu eorum ad quos pertinet in casu  
quo Stationes Viae Crucis renoventur**

*Die 11 Januarii 1896.*

*Ord. Min. S. Francisci*

Fr. Raphael ab Aureliano Proc. Gen. Ord. Min. huic S. Indulgientiarum Congregationi sequentia humiliter exponit:

Pro legitima Stationum Viae Crucis erectione, S. Sedes plura sapienter constituit observanda sub poena nullitatis. Nam statuit «quod in erigendis eiusmodi Stationibus, tam Sacerdotis erigentis deputatio ac superioris localis consensus, quan respectivi «Ordinarii vel Antistitis et Parochi, necnon Superiorum Ecclesiae, Monasterii, Hospitalis et loci pii, ubi eiusmodi erectio fieri contigerit, deputatio, consensus et licentia in scriptis, et «non aliter, expediri, et quandocumque opus fuerit exhiberi debeant, sub poema nullitatis ipsiusmet erectionis, ipso facto incurreduae». Modo Orator petit a S. C. solutionem dubii sequentis:

Utrum in casu quo, ob Crucium vetustatem, vel ob aliam iustum causam renovari debeant Stationes Viae Crucis, in eadem Ecclesia sive Oratorio, in quo rite cum omnibus documentis, ut supra a S. Sede praescriptis, erectae reperiebantur, praefata omnia et singula documenta denuo sive in scriptis postulanda sint; vel sufficiat tantummodo ut novarum stationum benedictio fiat a Sacerdote ad id legitime deputato?

S. Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita, relato dubio respondit die 11 Januarii 1896.

Dummodo praesumi possit perseverare consensum eorum ad quos pertinet, *Negative quoad 1<sup>am</sup> part., quoad 2<sup>am</sup> sufficere tantummodo novarum Crucium benedictionem.*

Datum Romae ex Secretaria eiusdem S. C. die et anno uti supra.

L. S. ANDREAS CARD STEINHUBER *Praefectus.*

✠ ALEXANDER ARCHIEP. NICOP. *Secretarius*

EX S. CONGREGATIONE RITUUM

**ALMERIEN.** Dubium quoad delationem Imaginis B. V. Mariae in processionibus cum SSmo. Sacramento.

In Oppido vulgo Gergal Dioeceseos Almeriensis in Hispania, mos est ut Dominica secunda Mensis Septembris in honorem Beatae Mariae Virginis. vespertinis horis fiat processio religiosa, in qua Imagines sive Reliquiae ipsius Beatae Virginis, Sancti Iosephi ac aliorum Sanctorum circumferantur, una cum Augustissimo Eucharistiae Sacramento. Hinc parochus eiusdem Oppidi dubitans, an huiusmodi praxis sit plane conformis Rubricis ac Decretis, à S. R. Congregatione sequentis Dubii solutionem humillime flagitavit, nimirum:

Utrum extra festum Corporis Christi eiusque octavam, liceat in honorem Beatae Mariae Virginis aut Sanctorum in Vespertinis processionibus deferre Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum, et etiam Imagines sive Reliquias ipsius Beatae Virginis ac Sanctorum?

Sacra porro Rituum Congregatio ad relationem infrascripti Secretarii, audito voto Commissionis Liturgicae, omnibus mature expensis, rescribendum censuit:

Ad Dubium: *Affirmative de consensu Ordinarii quoad primam partem: Negative quoad secundam.*

Atque ita servari mandavit.

Die 31 Ianuarii 1896

CAI. CARD. ALOISI-MASELLA S. R. C. Praefectus.

L. ✕ S.

ALOISIUS TRIPEPI S. R. C. Secretarius.

---

**ANNECIEN.** Dubium quoad usum SS. Oleorum, anni praecedentis, in benedictione Fontis.

Iustante Remo Dno Episcopo Annciensi; ut in universis Paroeciis suae Dioeceseos, de Apostolica venia permittatur usus sacrorum Oleorum, anno praecedente benedictorum, usque ad Sabatum ante Pentecostem exclusive, ne eo tempore absint a propriis Paroeciis Rectores vel Vicarii, quorum ministerio Chri-

stifideles egent: S. R. Congregatio referente subscripto Secretario, iuxta votum Commissionis Liturgicae, rescribendum censuit: *Parochus curet, ut Presbyter, vel Clericus, si possibile sit in Sacris constitutus, nova Olea Sacra recipiat. Quod si aliquod adhuc extet impedimentum, idem Parochus vel per se, vel per alium Sacerdotem benedicat fontem, sine sacrorum Oleorum infusione, quae privatim opportuno tempore fiet: nisi aliquem baptizare debeat, tunc enim in ipsa benedictione solemni vetera Olea infundat.* Atque ita servari mandavit.

Die 31 Ianuarii 1896.

C. CARD. ALOISI-MASELLA S. R. C. Praefectus.

L. ☧ S.

ALOISIUS TRIPEPI Secretarius.

---

BISARCHIEN. Dubium quoad cantum precum vel himnorum lingua vernacula tempore Missae.

Rector Parochialis Ecclesiae loci vulgo Occieri, intra fines Dioeceseos Bisarchien in Sardinia, de consensu sui Remi Episcopi, à Sacra Rituum Congregatione sequentis Dubii solutionem humilime postulavit, nimirum:

An in eadem Parochiali Ecclesia a fidelibus intra Missam cani possint iuxta antiquum morem, a nonnullis annis interruptum, preces vel hymni lingua vernacula compositi in honorem Sancti vel Mysterii, cuius festum agitur.

Sacra porro Rituum Congregatio, referente subscripto Secretario, atque exquisito voto Commissionis Liturgicae, rescribendum censuit:

*Affirmative de consensu Ordinarii quoad Missam privatam Negative quoad Missam solemnem sive cantatan, iuxta Ordinationis pro Musica Sacra Articulum septimum et octavum, non obstante Decreto 21 Junii 1879 dato et aliis quibuscumque.*

Atque ita servari mandavit.

Die 31 Ianuarii 1896.

C. CARD. ALOISI-MASELLA S. R. C. Praefectus.

L. ☧ S.

ALOISIUS TRIPEPI Secret.

**DECRETUM GENERALE Anniversarii Dedicationis Ecclesiae.**

Ad omnes in posterum controversias circa Anniversarium Dedicationis Ecclesiae penitus evellendas, S. R. Cong. Comitiis pro nova Collectione authentica Decretorum evulganda, subsignata die ad Vaticanum habitis, statuit ac declaravit: I. Dedicationem Ecclesiae, eiusque proinde Anniversarium ese festum Domini. II Hinc Ecclesiae propriae Anniversarium, iuxta Rubricas solemnius et primarium, aliis quibuscumque locorum festis, etiam Patroni et Titularis, esse per se praferendum, tam in occursu quam in concursu: permitti nihilominus, ut Patroni festum, cuiuscumque sit personalis dignitatis, ratione feriationis praedicto Anniversario praferatur. III. Anniversarium vero Dedicationis Ecclesiae non proprie, uti secundarium habendum esse etsi cum aliis quibuscumque festis occurrat vel concurrat, servandas esse Rubricas et Decretum Gener. super primariis et secundariis festis. IV. Eiusdem autem Dedicationis Ecclesiae sive propriae sive non propriae, Anniversario occurrente, vel concurrente, cum festis solemnioribus universalis Ecclesiae, haec semper illi praevalere, personali etiam dignitate posthabita, iuxta Rubricas. V. Quamvis fixa esse debeat illa dies anniversaria Dedicationis Ecclesiae, quae infra annum a consecratione recurrit; nihilominus Episcopo Ecclesiam consecranti ius inhaerere, iuxta Decreta alias edita, aliam diem fixam, vel etiam Dominicam, dummodo in consecrationis actu, seligendi pro illius Anniversario quo tannis solemnius celebrando: exceptis duplicibus primae et secundae classis universalis Ecclesiae, necnon quibuscumque Dominicis privilegiatis, et duplicibus primae classis Ecclesiarum particularium.

Atque ita servari mandavit.

Die 4 Februarii 1896.

CAL. CARD. ALOISI MASELLA. S. R C. Praef.  
L.  S.

ALOISIUS TRIPEPI, S. R. C. *Secretarius.*